IOSEPHUS FLAVIUS
Admont (?), um 1138/1165 Seite 109v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26829
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sylle filius faustus cornelius. & per eum cen
turiones duo furius & fabius. cum suis
agminibus. Et circumsepto undique fano.
alios alios confugientes vel etiam paulisper
repugnantes interficiunt. Ubi pluri
mi sacerdotum quamquam hostes strictis
gladiis irruentes uidebant. intre
pidi tamen in peragendis rebus diuinis per
seuerabant. & in ipso libandi templumque
adolendi ministerio mactabantur. sa
luti quoque preferentes religionis obsequium.
Multos autem sui gentiles aduersae par
tis studiose trucidabant. plurimi
semet ipsos in rupes precipitabant. non
nulli furibundi contis quae circa mu
rum erant in desperatione succensis
parietibus conflagrabant. Itaque iudeorum quidem
xii. occubuerunt. romanorum vero per pauci
sed plures sauciati sunt. Nichil autem grauius
in illa clade iudeorum genti uisum est. quam
sanctum illud archanum neque cuiquam prius
uisum alienis esse detectum. Denique pom
peius una cum suis comitibus in templum
ingressus. ubi neminem preter pontifi
cem ad esse fas erat. quae intus erant cande
labra cum lychnis. Immensas. & in quibus liba
re atque adolere moris est. uascula ex
auro cuncta perspexit. congestamque pig
mentorum molem sacrorumque pecuniae prope
ad duo milia talentorum. nec tamen haec
vel aliud quicquam de sacro sanctis opibus siue
instrumentis attigit. sed postera die post
excidium curare templum edituos ne quid
haberet sordidum iussit & sacra sol
lempnia celebrare. Ipse autem hyrcano
pontifice decla rato. quod se Jalius
rebus alacrem obsidionis tempore prebu
isset. promptamque ad bellum agrestium mul
titudinem ab aristobolo reuocasset.
per quae sic imperatorem bonum decuit. beni
uolentia potius quam timore plebem sibi conci
liauit. Inter captiuos etiam comprehensus
aristoboli socer. itemque patruus tene
batur. Et illos quidem quia maxime belli causa
fuissent. securi percussit. faustum vero & quia una
fortiter fecerant preclaris premiis donat.
Et ierosolimis tributum indicit. ablatas
autem genti etiam quas in syria ceperant ciui
tates. romanorum quae tunc erant militum ducibus
parere iussit. propriisque tantum terminis
circumclusit. Instaurat autem in gratiam cuius
dam ex libertis suis demetrii gadaren
sis. & iam gadara quam iudei subuerterant.
Mediterraneas preterea ciuitates eorum de po
testate liberauit. quas preuenti non excide
rant. ypison. & scytopoli. Jpellam. & sa
mariam. & marissam. itemque ahotum & iam
niam. meretusam. nec non & maritimas. ga
zam. & ioppam. & doram. & quae prius de stratonis
pyrgus appellabatur. post autem ab herode cla
rissimis edificiis transformata. cesarea
nominata est. easque indigenis ciuibus
redditas iure prouintiae syriae coniunxit.
Huius autem & iudeae cunctorumque administ
ratione ad egyptios fines & flumen
eufraten cum duabus cohortibus scauro per
missa romam ipse per cyliciam properauit.
captiuum ducens aristobolum cum fami
lia. Erant autem filiae duae. totidemque filii.
Quorum unus alexander exitinere fugit.
Iminor autem antigonus cum sororibus romam uectus est.
INTEREA scaurus in arabiam ingres
sus. ad petram quidem regionum asperitate
prohibebatur accedere. quae autem circumerant
omnia uastabat. multis & in hoc malis
afflictus. nam exercitum fames opprimebat.
Cui tamen hyrcanus per antipatrum uictui
necessaria suppeditabat. quem uelut
arethae familiarem etiam scaurus ad eum
allegauit ut bellum pactione deponeret.